

H 105
5
1286,5

MEMORIAM SILVERSTEINIANAM

D. XVIII. APRILIS ANNI CCCCCCLXXXVI

HORA IX

IN AVDITORIO ICTORVM
RECOLENDAM

INDICVNT

TRIVM SVPERIORVM FACVLTATVM
DECANI SENIORES

ET

RELIQVI ASSESSORES

INEST

COROLLARIVM IVRIS CRIMINALIS
VICESIMVM

МАЛГОМ
ИАКОВ ПЕТРУСИ

АУДИОЛОГИЧНАЯ СИСТЕМА АУДИО

АУДИО

АУДИО СИСТЕМА АУДИО

АУДИО АУДИО

АУДИО

АУДИО АУДИО АУДИО АУДИО

АУДИО АУДИО АУДИО АУДИО

АУДИО

АУДИО АУДИО АУДИО АУДИО

АУДИО АУДИО АУДИО АУДИО

COROLLARIVM IVRIS CRIMINALIS
VICESIM V M.

*De iurisdictione criminali in via regia quoad
Elektoratum Saxoniae.*

Vix aliquot dies praeterierunt, cum nos, Facultatis Iuridicae Decanus Senior et Assessores, Illustrissimi Bünauii studia academica celebrantes, de iurisdictione criminali in via regia commentaremur. At plagularum spatio praeclusi absoluere eam rem non poteramus, necessitate imposita, iura patria relinquendi. Sint igitur hæc ipsæ paginæ istarum suppletoriae.

Satis autem mirari non possumus, quando BRVNNE-MANNVM *Inqu. Proc. c. 3. no. 17.* postquam eandem sententiam, a nobis superiori corollario latius propositam, de iurisdictione in via regia potestati territoriali competente adoptasset, addere legimus: *sed hoc non obseruari in Elektoratu Saxoniae, refert Fritschius.* Profecto hoc nec FRITSCHIUS *de regali viar. publ. iur.* ita simpliciter refutavit, nec si veritatem sequi vellet, referre poterat. Cum BRVNNEMANNO, ignotum quo sato, conspirat HORNIUS, qui *Ipr. feud. c. 8. §. 23.* non solum et ipse diuersitatem Iuris Saxonici statuit, sed etiam similem opinionem et ZANGERO et CARPOVIO affingit. At vero ista diuersitas non simpliciter vera est; vnde nec HOMME-

LIO consentire possumus, quando *Rhaps. obs.* 407. dicit, cognitionem delictorum in viis publicis, quas inter regalia sibi reseruauerit Fridericus Imperator, ad principem eiusque praefectos pertinere, licet aliis istius loci sit iudex ordinarius; verum exceptionem esse in Saxonia. Tota res eoredit, vt, quod iure communi in vniuersum flatuendum est, id iure Saxonico Electorali quodammodo restrictum sit et coactatum. Fuit enim omni aeo haec Principum nostrorum singularis virtus, vt de propriis iuribus quantum salua dignitate sua possent, tantum in subditorum commodium remitterent. Voluerunt igitur etiam in hac re, vt, quibus sit concessum principali beneficio merum imperium, ii etiam super delictis minoribus saltim in via regia commissis cognoscerent. Circa maiora vero nihil mutatum est, his etiam in posterum summae potestati relictis. Est ea lex inter omnes, quae hodie extant, leges Saxonicas Electorales, praeter unam, antiquissima, nempe constitutio vel declaratio Georgii Ducis Saxoniae die veneris post dominicam Inuocauit, anno 1506. (non vt FRITSCHIVS putat a. 1406. nec vti est in Resolutione Grav. de anno 1612. apud LÜNIGIVM, a. 1606. nec vti aliis visum, a. 1600.) data, qua vt lites inter subditos iurisdictione alta praeditos atque principis praefectos circa delicta in viis publicis, intra illos fines sitis, compesceret, haec in perpetuam sanctionem pragmaticam constituit: *Wir ercleren und verewilligen, daß nuhn hinforder unsre unterthanen alle hendele, so sich auf den strassen begeben, do ynen sonst die*

die ober-gericht zustehen, unvorhindert von unsfern amptleuthen, zu richten sollen haben, und dorvon nichts ausgeschlossen. Allein alle gewaltsame raub und zugrieff, auch öffendliche fedenliche thaten, welche vns aus krafft der regalien und fürstlicher obrigkeit zu richten zustehen, wollen wir vns fürbehalten haben, C. A. T. 1. p. 1043. Haec constitutio dicitur repetita esse a sequentibus Saxonie dominis anno 1600. 1606. et 1609. de quo tamen nihil certi constat; at hoc certissimum est, tenorem eius integrum paene verbotenus insertum esse Resolutionibus grauaminum in conuentu anno 1609. propositorum, anno 1612. promulgatis, tit. v. *Iusit. Sachen* §. 24. ib. p. 182. Mouent admirationem verba: welche aus krafft der regalien und fürstlicher obrigkeit zu richten zustehen; quasi putauerit summus Princeps, iurisdictionem non nisi altam ad regalia ac superioritatem territorialem pertinere; quae fuit aliquando opinio quorundam doctorum RVLAND. A VALLE *Consil.* 42. no. 5. ROSENTHAL *de feud.* c. 5. concl. 4. no. 4. sed a reliquis non approbata. At vix videatur Georgio eiusque consiliariis ea sententia assingenda esse, potius credendum, istis verbis illud, de quo *Coroll.* XIX. late disputauimus, regale publicarum viarum intellexisse, atque hanc esse boni Principis sententiam: se, quamuis ex hoc regali iure ac superioritatis territorialis potestate omnimoda criminum in via regia perpetratorum cognitione gaudeat, nihilominus tantum inde in subditorum, mero imperio praeditorum, utilitatem remisfu-

rum esse, vt his pleraque punienda permitteret, sibi atque praefectis suis solummodo aliquot singularia retineret.

Quodsi vero, quaenam sint illa *reservata* in Saxonia Electorali *crimina?* quaeramus, ingenue satendum, ad responsionem inueniendam luce indigeri. Non autem putemus, principem omnia ea delicta, quae alias ad iurisdictionem altam referri solent, si in via publica fiant, suae praefectorumque cognitioni reservasse, id enim verba non patiuntur: *da ihnen sonst die obgerichte zu stehen, quibus non nisi hoc significatur, neminem subditorum ex ista declaratione fructum percipere posse, nisi eum, cui iam merum imperium in ista regione competit, omnibus, bassa tantum iurisdictione praeditis, exclusis.* Deinde cum dominus in eadem Constitutione verbis sequentibus simul fines iurisdictionis superioris ac inferioris regat, et post illius species enumeratas addat: *die sollen vor unsern gerichten und gerichtshühlen gerichtet werden, nobis probabile est, eum, si ista ipsi mens fuerit, breuitate, legislatoribus amabilis usum ac paucissimis verbis idem ad delicta in viis regiis perpetrata applicaturum fuisse.* Aequo minus comprobare possumus, quando apud BERGERVM *Elec. Ipr. crim. P. II. obf. 198.* assumitur, id reservatum tantummodo in poenis mortiferis vel corporalibus locum habere, male ad hanc rem adducto loco ex Resolutionibus Grav. de a. 1661. v. *Iust. S. §. 45.* qui plane alia habet. At vero, cur longa disquisitione aut conjecturis opus? Princeps ea criminum genera, quae in viis publicis perpetrata a beneficio, subditis

ditis merum imperium habentibus dato, exenta voluit, ipse sic recensuit: 1) *alle gewaltsachen*; 2) *raub und zugriffe*, et 3) *öffentliche veldliche thaten*. Inhaereamus igitur his verbis, at quaenam singula crimina sub his tribus speciebus contineantur, videamus. *Ad primam ergo speciem der Gewaltsachen*, referendam putamus omnem vim publicam atque priuatam, quatenus haec vel illi non admodum dissimilis est, KOCH *Inst. iur. crim.* §. 581. I. S. F. BOEHMER *ELEM. IPR. CRIM.* §. 105. vel solo armorum defecū differt, HOMMEL *Rhaps. obs.* 412. porro, stuprum aut adulterium violentum, pacem publicam fractam, seditiones atque obſefionem viarum, *ad alteram, des raubs und der zugriffe*, rapi- nae crimen et furtum simplex, in via quidem, sed clanculum communissimum, item crimen raptus; *ad tertiam* denique *der veldlichen thaten*, omnia ea facinora, ex quibus quidem hosti- lis atque iratus animus siue erga rempublicam, siue erga pri- vatos apparet, in quibus tamen neque magna vnius vis nec lucri cupidio regnat, nempe omne homicidium dolosum, siue simplex, siue parricidium, vel infanticidium, item la- trocinium et assassinum nec non propriigidium, expositio- nem infantum, crimen perduellionis, laesaeque maiestatis, quatenus vltra verba procedit, denique certamen singu- lare ac dolosam vulnerationem, si tanta est, vt per se mero imperio subsit. Horum igitur singulorum criminum, si forum delicti in via regia inueniatur, cognitio est penes praefectum illius praefecture, in qua via sita est.

Quid

VIII

Quid vero de reliquis dicamus, quae, quamvis inter illa
tria, a Serenissimo Principe posita, sibiique referuata genera
criminum referri non possint, tamen ita comparata sunt, ut
natura sua vbiunque, et sic quoque in via publica, com
mitti queant? Profecto responsio non adeo facilis est. Pri
mo enim intuitu videri possit, sublato per principale be
neficium foro delicti in via regia, cognitionem delinquent
is foro ordinario seu domicili assignandam esse. At vero
nihilominus sunt causae, quae ut potius inquisitionem ei
iudicii patrimoniali tribuamus, suadent, qui proximus est
viae publicae. Etenim primo Principes Saxonie, cum
non omnia, in viis regiis perpetrata delicta, sed quaedam
tantummodo ad praefectorum iudicia pertinere vellent,
ceteris subditorum iurisdictioni patrimoniali concessis, ea
re forum delicti, ab antiquissimis temporibus in via regia
iure fundatum minime sustulerunt, sed potius, ut vidi
mus, in plerisque criminibus sibi ipsis seruarunt. Non
itaque sine causa et absque disertorum verborum lectura
putandum est, eos idem forum in reliquis penitus abro
gasse. Manet itaque vetus forum delicti, nullaque eius
rei mutatio facta, quam haec: ut delictorum non exem
torum aliis sit index mero imperio praeditus, quam
praefectus. Pro eiusmodi iudice proxime adiacente vi
didentur etiam ipsa legis verba, atque ordo, in quo posita
sunt, militare. Dicit enim GEORGIVS: *Wir verweilligen, daß
unsere unterthanen alle hendele, so sich auf den Straßen begeben, da
ihnen sonst die obergerichte zustehen, sollen zu richten haben, ex
quo*

quo admodum probabile est, eos iurisdictionum altarum possessores indigitari, quibus datum est, eas haud procul a via publica aut proxime penes eam exercere, cum alias forte ita: *wir verwilligen, daß unsere unterthanen da ihnen sonst die obegerichte zustehen, alle hendele, so sich etc.* dicturus fuisset. Accedit, quod ita sentire quam maxime utilitati publicae conuenit, quoniam commissis illic facinoribus, facillimum erit iudici haud longe remoto, delinquentes persequi ac capere. Interim tamen fateri cogimur, eundem Georgium nec vnuquam vasallis, de potestate forum domicili exerceendi quicquam derogasse. In hac igitur ambiguitate tutius videtur, praeuentiois beneficio locum cedere: quippe cui in vniuersum in iudicio criminali praecipua vis esse solet, *v. Coroll. nostr. I. p. 6. fq.* Cum autem omnis praeuentio sola citatione nitatur, siue reali, siue personali *ibid. p. 7.* consequens est, propinquum viae publicae iudicem de perpetrato illie criminе, non exempto, aliter cognoscere non posse, nisi sub sua iurisdictione delinquentem aut capiat aut alio modo in ius vocet; at vero hic domum reuersus, iudici domicili, superiorē iurisdictionem exercenti, respondere detrectare haud poterit.

In hac itaque re vlla dubitatio eatenus subesse non posse videtur, quatenus de eiusmodi criminibus agitur, quae quamuis ab ipsis exenta, tamen per se adhuc sub iurisdictione superiorē comprehenduntur, *v. g. adulterium absque vi perpetratum, homicidium culposum, et similis vulneratio, iniuria atroces ac simplex stuprum,* (quod

B

poste-

posterior et nunc in his terris inter superioris iurisdictionis delicta numeratur, *vid. Coroll. nostr. XIII.*) At vero fingamus fieri, ut aliquod delictum haud adeo magni momenti, tale scilicet, quod ex Constitutione Prouinciali Saxonica de anno 1555. ad inferiorem iurisdictionem referendum sit, in via publica committatur, in primis exigua vulneratio, iniuria simplex sive realis sive verbalis aut simile; tunc vel uterque possessor praediorum penes viam adiacentium alta iurisdictione gaudet, aut uterque bassa tantum, vel altero superiore, altero inferiori.

Cui ergo cognitio tribuenda erit? Ex nostra sententia *vbiique soli iudici superiori; nam inferiorem Dux Georgius omnino de via regia deiecit, verbis appositis: da ihnen sonst die Obergerichte zu stehen.* Neque habet inferior, de quo conqueratur, cum, si Princeps Saxoniae nullam in hac re subditis gratiam fecisset, omnes patrimonialis iurisdictionis possessores, sive altam sive bassam iurisdictionem exercerent, a viae regiae criminibus inuestigandis abstinerent oportuisset.

Ceterum reminiscentur forte Lectores Nostri exempli, *Corollario XIX. p. XIV.* propositi, quo Princeps praefecti cuiusdam factum non approbauerat, qui corpus hominis, *in viae regiae confinio* mortuum iacens, nomine praefectureae solenni ritu suscepisset. Quid vero de eo sentendum, quando forte eiusmodi corpus mortuum *in ipsa via regia* iacens reperiatur? quod futurae inquisitionis causâ ab ipso iudice

iudice criminali, adhibito medico, aut solummodo externe inspiciendum, aut secundum etiam ac intrinsecus perlustrandum videatur. Cuinam has praeparatorias partes tribuamus? Nobis videtur aut hic etiam inter praefectum et iurisdictionis patrimonialis auctorem praeventioni locus concedendus, aut quando conueniant, vterque simul admittendus, ac in utraque specie futura inquisitio pro re nata ei permittenda, ad quem eam pertinere, ex cadaveris inspectione apparebit.

Quodsi itaque haud dubium sit, esse eiusmodi delictum in via regia perpetratum, cuius inuestigatio pertineat ad praefecturas, cum saepius eueniat, facileque euenire possit, vt, antequam praefectus mittat in viam, qui delinquentes apprehendant, hi fuga consilium capiant, non dubitamus, praefectis in hac etiam causa cum BERGERO Elect. Ipr. crim. P. II. obs. 191. istud priuilegium attribuere, quod ipsis alio tempore ac loco, coroll. iur. crim. II. asseruimus, nempe, vt rei fugientes ubique deprehendantur aut versentur, ad praefecturas ob crimina in via publica commissa necessario sint remittendi. Cum enim hoc priuilegium generale sit, nec haec ad praefectorum iurisdictionem criminalem pertinens causa excipienda erit.

Haec omnia confirmantur responso ICTorum Vitebergenium sub finem superioris seculi datum, quod exhibit BERGERVS loc. cit. obs. 192. quo vindicatio delicti cuiusdam haud magni momenti, in via regia commissi,

vasallo praedii adiacentis relicta est, ex sequentibus rationibus: Ob wohl angeführt werden möchte, daß die auf öffentlichen wegen beschlehenen begünstigungen inhalts der churfürstl. sächsischen anno 1600. u. 1606. (quod tamen tempus erroneum esse, supra obseruauimus) ergangenen gnädigsten absonderlichen constitutionen vor denen amtleuten zu erörtern; — — und in gegenwärtigen fallv, der Denunciant, wie ein bauer auf der straße von dem denunciataen angefallen, und selbigen ein schwein weggetrieben worden, angiebt, immassen der bauer solches mit mehrern umständen und beschehener bedrohung des schußes aus der pistole erzählt; D. a. u. d. angeregte constitution mit ausdrücklichen worten auf die gewaltsame raubreyen und pfedige thaten eingerichtet — — hingegen ermäldter bauer nicht die geringste anzeigen thut, daß der laquay und schäfer ihm das schwein abnehmen wollen, sondern er, Melibaetus, solches, weil er mit selbigen sobald von dem fußtrage nicht abkommen können, von selbsten laufen lassen, und die beyden delinquenten sich dessen ganz nicht angemast, der bauer auch das schwein wieder bekommen, hiernächst der schäfer von dem einen zeugen entschuldiget, und hierüber dem anzeigen nach der laquay nicht nur damals sehr trunken, sondern auch die pistolen weder geladen noch mit steinen versehen gewiesen, vorgegeben wird, diesennach das ganze Verbrechen mit den ohne einzige verneindung unternommenen schlägen auf eine willkürliche geläbiße oder gefängnisstrafe endlich hinauslaufet, und solchhergestalt vor den ordentlichen gerichtsherrn, gehörig, diesen gerich-

gerichten auch die unkosten, daferne die verbrecher gefändig oder zu überführen, keinesweges zu entziehen sind.

Huc etiam referenda est lex Electoralis, quae in Saxonie d. 27. Aprilis 1713. publici cursus causa a rege Friderico Augusto lata est C. A. T. II. p. 1047. in cuius §. 2. haec verba leguntur: *Ereignen sich criminal- oder andre schwehere rechtsfälle, die werden von Unsern cammergemach an Unsre landesregierung billig verwiesen; und haben bey entstehenden frevel jedes orts obrigkeit, die die peinliche gerichte hat, und wenn es auf denen sträßen geschiehet, nach denen Unsrer aemter gerichtbarkeit vorbehaltenen händeln, als gewaltsachen, raub und zugriffe, auch öffentliche fehdliche thaten Unsere amtleute den angriff der frevel zu thun, und die rechtfertigungen zu vollführen.* Eadem et hodie in viridi obseruantia sunt, servato itidem inter maiora minoraque delicta discrimine. Et quod ad illa quidem attinet, Ordini nostro ex Actis sub finem anni 1781. a praefecto Altenbergenfi ad ipsum transmissis, cognoscere licuit, eo tempore senatum dicti oppidi inquisitionem aduersus duos sceleratos, qui rapinae in via regia perpetratae inculpabantur, egisse. At praefectus retulit de ea re ad Principem, prouocans ad supra memoratam constitutionem de ao. 1506. et 1612. eoque obtinuit, vt ipse inquisitionem continuare ac finire iubetur. Quoad minora delicta autem exemplum nobis obvenit anno 1784. quo cum quidam Visitator Accisae ab aliquo in via regia iniuriis realibus tantummodo offensus

A 3

effet,

XIV

effet, Commissarius accusae Neosaliensis per rescriptum d.
8. Nov. d. a. datum iussus est, die untersuchung der von dem Visi-
tatore K. gerügten thätigkeiten, da solche auf öffentlicher land-
straße, wo der Visitator nicht in dienstverrichtungen begriffen ge-
wesen, verübt worden, der ordentlichen obrigkeit zu überlassen.

*

*

Sufficiat, haec de re nobis proposita dixisse. Nunc enim
indicanda est solennis gratiarum actio, publice Viro generosissimo
RVDOLPHO FERDINANDO L. B. DE SILVERSTEIN,
quamuis diu vita defuncto adeoque non audienti, dicenda ab iis,
qui hucusque eius beneficio ad emetendum in hac academia stu-
diorum cursum vti sunt. Aut potius, vt vera dicamus, Vir ille
summus, dum vitam degeret, nulla re magis ac laudabilius cre-
debat post mortem celebritatem nominis, quam optabat, se con-
sequi posse, quam beneficiis ac liberalitate, neque se eam vspian
honorificentius et efficacius quam apud Musas inuenturumputa-
bat. Ornabat igitur ex singulis tribus superioribus Facultatibus
in hac academia studiosos stipendiis, plus vno, absque exemplo
magnis, sed legem dicebat, vt sic auëti vnoquoque anno publicis
ex cathedra recitandis orationibus ipsius nomen ad posteros trans-
ferrent. Quae conditio aequissima quemadmodum haëtenus per-
petuo seruata est, sic etiam nunc huic rei dictus est proximus
dies XVIII Aprilis, quo tres Oratores in laudes beati Silverstei-
nii publice e cathedra iuridica dicent, completuri reliquam oratio-
num partem breui, de re quadam ad disciplinam suam pertinente,
commentatiuncula. Ecce igitur nomina ac orationum titulos :

IOH.

IOH. DANIEL HIELSCHER, Theologiae studiosus,
de studiosorum, qui beneficiis aluntur, officiis.

IOH. GODOFREDVS HOFFMANNVS, Iuris stu-
 diosus, *de Iureconsulto philosopho, et*

FRIDERICVS GOTTL OB DVRRIVS, Medicinae
 Baccalaureus, *de loco natali et nomine rhabarbari.*

Quae orationes cum, vt diximus, publice habendae sint,
 NOS RECTOREM ACADEMIAE MAGNIFICVM, ILLVSTRISSIMOS
 COMITES AC VTRIVSQVE REIPVBLCAE PATRES CONSCRI-
 PTOS, denique omnes qui in hac alma litteris operam nauant, per-
 quam officiose rogamus, vt conuentus sui frequentia solennitatem
 augeant, oratores ornent, nominique Silversteiniano dignitatem
 addant; id quod vnaquaque nostrarum facultatum inter eas res,
 ob quas gratias se debere sentit, ponet. Scrib. Festo Resurre-
 ctionis Domini anno CCCCCLXXXVI.

LIPSIAE
 EX OFFICINA SAALBACHIA



VI
HISTORICIS ET HOMINUM VITIIS
ET MORIBUS ET MORTALITATIBUS

ET ANTIQUITATIBUS ET HABITATIBUS
ET CIVITATIBUS ET PRAECEPTORIBUS

ALLEGATORIIS LIBRIS ET
ALLEGATORIIS LIBRIS ET



ULB Halle
005 483 018

3



vd/18





1786,5
5

MEMORIAM
SILVERSTEINIANAM

D. XVIII. APRILIS ANNI CCCCCLXXXVI

HORA IX

IN AUDITORIO ICTORVM
RECOLENDAM

INDICVNT

TRIVM SVPERIORVM FACVLTATVM
DECANI SENIORES

ET

RELIQVI ASSESSORES

INEST

COROLLARIUM IVRIS CRIMINALIS

VICESIM V M